Quelle: https://manuscripta.at/?ID=833
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Plenis ac Synodalibus q̃ sup p̃missis condita sunt in suo robore duraturis
Et ut huiusmodi sancte constitutionis cuiusque memoria habeatur et ne quisquam ipsius
ignorantiam pretendere possit iubet hec sacra Synodus vt per singulas Ca-
thedrales et collegiatas ecclesias aliasque pia loca in quibus vberior est
fidelium concursus semel in anno admissa diuina promulgetur Datum
in Sessione publica xpuus sacre Synodi In ecclesia Basiliensi solempniter
celebrata viij Idus Septembris Anno dni M° cccc° xxxiiij° Indicione viij

Sessio vicesima Sacri Basiliensis concilij
celebrata xxiij Januarij Anno ut xxxv°

Sacrosancta generalis Basiliensis Synodus ut Ziuarum clericus cuiuscumque
status conditionis religionis dignitatis etiam si pontificalis vel altius pre
eminencie existat qui post huiusmodi constitutionem notariam qua habere presumatur
per duos menses post publicationem eiusdem in ecclesiis Cathedralibus quam in aliis omnino
facere teneantur postquam eadem constitutio ad eorum notitiam peruenerit
fuerit publicus concubinarius a preterito fructuum omnium suorum beneficiorum tunc me-
dium spatio sit ipso facto suspensus quos suus superior in fabricam vel aliam
euidentem ecclesiarum utilitatem ex quibus hiis fructus percipiuntur conuertat
Nemo et huiusmodi publicum concubinarium vt premitur talem innotuerit mox suus
superior monere teneatur ut infra breuissimum terminum concubinam dimittat
quod si non dimiserit vel dimissam aut aliam publice resumpserit iubet hac sacra
Synodus vt ipsum suis omnibus beneficiis omnino priuet et inhabilem hiis
publicis concubinariis vsquequo tum eis per suos superiores post ipsarum concubi-
narum dimissionem manifestamque vite emendationem fuerit dispensatum ad sus-
ceptionem quorumcumque honorum dignitatum beneficiorum vel officiorum sint inabiles
qui si post dispensationem redeunt vomitu ad huiusmodi publicum concubinatum redi
erint sine spe alterius dispensationis ad predicta prefatis inabiles existant
Quod si hiis ad quos talium correctio pertinet eos ut predictum est punire
neglexerint eorum superiores tum in ipsos de negligentia cum in illos pro concubinatu
modis omnibus digna punitione animaduertant In Cathedralibus etiam per
prouincialibus et Synodalibus aduersus tales punire negligentes vel de
hoc crimine diffamatos etiam per suspensionem ac collationem beneficiorum vel
alia condigna pena seuiter procedatur vt si hiis quoque destitutis ad